UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aulularia Plautina co-,||moediarum lepidissima

Plautus, Titus Maccius

[Deventer], [ca. 1517]

Strobilus seruus, Antrax. Congrio coqui

urn:nbn:de:hbz:466:1-71292

Visual Library

¶ Strobilus seruus. Antrax. Congrio coqui

Stro. Poſtq; obſonauit herus, et conduxit coquos
P Tibicinasq; haſce apud for edixit mihi
Ut diſpartirem obſonium hic bifariam
Con. Me quidem hercle dicam palam non diuides
Si quo tu totum me ire vis, operam dabo
Ant. Bellum et pudicum vero proſtibulum populi.
Poſt ſi quis vellet te haud velles diuidi?
Con. Atq; ego iſtuc Anthrax alioquorſus dixeram
Nō iſtuc q̄d tu inſimulas, Stro. ſed herus nuptias me⁹ hodie faciet
Con. Cuius ducit filiā? Stro. Uicini huius Euclionis e proximo
Ei adeo obſonij huic dimidium iuſſit dari
Coquum alterū itidemq; alterā tibicinam
An. Nempe huic dimidium dicis, dimidium domi?
Stro. nempe ſicut dicis. Ant. Quid hic nō poterat de ſuo
Senex obſonari filię in nuptijs, Stro. Uah
Ant. Quid negocij eſt? Stro. Quid negocij ſit rogas?
Pumex non ęque aridus atq; hic eſt ſenex
An. Ain tandem ita eſſe vt dicis? Stro. Tute exiſtima
Quam rem perijſſe, ſeq; eradicarier
Quin diuum atq; hoim clamat continuo fidem
De ſuo tigello fumus ſi qua exit foras
Quin quum it dormitum follem obſtringit ob gulam
An. Cur? Stro. Ne q̄d animę amittat dormiens
An. Etiam ne obturat inferiorem gutturem
Ne quid animę forte amittat dormiens?
Stro. Hęc mihi tu vt tibi me ęquum eſt credere, crede.
An. Immo equidem credo, Stro. At ſcin etiam quomodo
Aquam hercle plorat quum lauat profundere
An. Cenſen talentum magnum exorari poteſſe
Ab iſtoc ſene vt det, qui fiamus liberi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Stro. Famē hercle vendam ſi roges nunq̃ʒ dabit
Quin ipſi pridem tonſor vngues dempſerat
Collegit, omnia abſtulit preſegmina
An. Aedepol mortalem parce parcum predicas
Stro. Cenſen vero adeo eſſe parcum et miſere viuere?
Pulmentum pridem ei eripuit miluus
Homo ad pretorem plorabundus deuenit
Infit ibi poſtulare plorans eiulans
Ut ſibi liceret miluum vadarier
Sexcenta ſunt que memorem ſi ſit ocium
Sed vter veſtrorum eſt celerior memora mihi
Con. Ego vt multo melior, Stro. Coquum ego nō furem rogo.
Cō· Coquum ego dico, St. quid tu ais? Con. Sic ſum vt vides.
Stro. Coquus ille nundinalis eſt, in nonum diem
Solet ire coctum. Con. Tu trium literarum homo
Vituperas me, Stro. etiam fur trifurcifer

¶ Strobilus. Anthrax Congrio

Taee nunc iam tu, atqʒ agnum horum vter eſt pinguior
An. Licet. Stro· Tu Congrio eum ſume, atqʒ abi intꝰ illuc,
et vos eum ſequimini
Uos ceteri illuc ad nos, Con. hercle iniuria.
Diſpertiuiſti, pinguiorem agnum iſti habent
Stro. At nunc tibi dabitur pinguior tibicina
I ſane cum illo Phrygia, tu autem Eleuſium
Huc intro abi ad nos, Con. o Strobile ſubdole
Huccine detruſiſti me ad ſenem parciſſimum
Ubi ſi quid poſcamus ad rauim poſcamus prius
Quam quicqʒ detur, Stro. Stultuʒ et ſine gratia eſt
Tibi recte facere quando quod facias perit.
Con. Qui vero? Stro. rogitas? iam principio in edibus
Turba iſtuc nulla tibi erit, ſi quid vti voles